

gravis quia in pena positus adhuc supplicia eterna premeto. Debet tñ a metu et dolore animus excuti et ad sola eterna patrie desideria extendi. Tunc em nobilitate nostre regenerationis ostendimus. si patrem diligimus. que nunc serui mentem dominum formidamus. Unde per paulum dicit. Non accepistis spiritum seruitutis. ite in timore et pondus itaq; formidinis mens electi possinat. in virtute se amoris exerceat. reuocationis sue dignitatem desideret. ad adiutoris sui spem anxiet. que quousq; prospicere non valet eternitate eius necesse. i. vt intimum cibum suum esuriens expectet. hec gregorius. Qui igitur in pueris uita se constitutum considerat. timeat incidere in gehennam et ideo vitam suam emendando et penitentia corrigat. Qui vero iam virtuose uiuit et in statu proficiendi est timeat ne ab eodem statu. per suam negligentiam corruat. Oportet em sicut apostolum ut cum timore et tremore nostram salutem exerceamus ac iugiter in tali salubri metu perseueremus. Sic igitur habemus de timore. **Filius.**

Allez scire que virtus primo oritur de timore.

Ca. III. Pater.

Debes scire quod

ex timore domini procedit siue oritur bona voluntas. qui enim timet pro suis excessibus damnari seu a deo separari. mutat voluntatem suam prauam in bonam et sicut timor est initium omnium virtutum sic etiam bona voluntas est origo et mater omnium bonorum. Hoc probat beatus bernardus sic dicens. Bona voluntas in animo est origo omnium bonorum et omnium mater virtutum. sicut e contrario mala voluntas est origo omnium vitiorum et malorum ideo custos anime sue valde sol-

licitius esse debet. circa custodiam voluntatis sue. hec beatus. Unde magnum et principale donum dei est bona voluntas. quia quicquid agitur non potest esse bonum. nisi ex bona voluntate procedat sine qua etiam nemo saluari potest. Unde richardus de sancto victore. Inter omnia bona que ad salutem hominis spectare videntur. primum et principale donum bona voluntas esse cognoscitur. per quam in nobis diuine similitudinis ymago reperitur quicquid homo agat bonum esse non potest nisi ex bona voluntate fiat. similiter malum esse non poterit. sine bona voluntate omnino saluari non potest. cum bona voluntate perire non potest. hec richardus. **P.**

Et notandum quod voluntas corrupta seu inordinata et consuetudo mala plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Remissa namque voluntas generat mentis leuitatem ex qua procedunt inconstancia morum leticia vana. cordis lasciuia et multa alia. et in hunc modum omnia genera vitiorum ex aliquo male voluntatis effectum vel male consuetudinis suam singula ducunt originem. Ista commemorat beatus bernardus in epistola ad carthusienses sic ait. Sicut magno aliquando labore et studio perseuerante virtutes trahuntur in affectum et mentem bonam. sic vitia leuissima remissiois leuitentie oportunitate transeunt in consuetudinem. et quasi naturalia efficiuntur sed nullum vitium est naturale. Omnis vero virtus naturalis est. Consuetudo tamen vel corrupte vel in aliter negligentie plurima sepe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solent. nam remissa voluntas facit leuitatem mentis. ex qua procedunt instabilitas mentis. inconstancia morum. vana leticia. sepe vsq; ad lasciuiam carnis vel multa alia in

negligentiam vel transgressionē ppositi ex leuitatis vitio venientia. in hunc modū omnia genera vitioꝝ ex aliquo malevolentis affectu vel male p̄suetudinis vsu suam singula ducunt originem. que quanto diutius menti innotuit. tanto fortius h̄ret et fortioribus remedijs indiget. etiam curā inquirat diligentiorē. h̄mōi enim pestes vitioꝝ rum vsq; in vltimam solitudinē solitariū persequunt. et sicut bene p̄creta vitioꝝ et fideliter animo infidēs possessorem suum in nulla deserit multitudie sic vitium p̄suetudinis possessore suū libere esse non patit̄ in qualibet solitudine. nam nisi p̄inaci studio et prudenti labore expugnata fuerit p̄suetudo superari alis non potest. vinci vix potest. et quomocūq; se p̄ponat animus h̄ret et in quavis solitudine secretum vel silentiū esse non patit̄ cordis. h̄c bern. Laborare igit̄ debemus vt nostram voluntatē si praua ē aut remissa corrigamus. qz si in quantum in nobis est velimus vires ad bene operandū apponere et p̄mpta fuerit nostra voluntas. nihil poterit nos auxiliante dño a virtute ac bonis operib; phibere. Unde crisost. Possibile est iussa dei implere si n̄ velimus. Si enī in q̄tum in nobis est vires velimus apponere. maximus deus adiungit auxiliū. qz si p̄mpta fuerit in nobis voluntas. nihil erit quod nos a virtute possit phibere. h̄c crisost.

Q Et sciendū est qd voluntas bona p̄dest ad salutem hōim etiam si effectū boni operis non habuerit. qz quicquid vult homo et non potest perficere. hoc deus p̄ facto reputat. si enim nihil habet quis dare. det voluntatē quā habet et totū dedit. De hoc primo dicit beatus ihero. Voluntas p̄dest. q̄ si effectū non habuerit. tñ premiū nō amittit. Item beatus ambro. Affectus tuus

operi tuo nomen imponit. quicquid vis et nō potes deus p̄ facto reputat. Et beatus augu. Bona voluntas cui non est facultas opis. sufficit sibi ipsi. sufficit etiā deo. si nihil dare habes. da voluntatē quam habes et totū dediti. Omnia ei impleuit qui qd potuit fecit. h̄c augu. Unde qui habere vult magnū meritū magnā habeat voluntatem. qz quantū crescit bona voluntas tantum crescit et meritū. De hac voluntate dicit beatus bern. Bona voluntas nec dari pot̄ inuito. nec auferri nisi volenti. ergo totum meritum hōis est in bona voluntate. Quantū crescit voluntas tua tantum crescit meritū tuum. tantū mereris quantū vis. fac magnā voluntatem si vis habere magnū meritū. ita deus p̄missimus et misericōssimus in eo nostram redemptionem in quo nullus nisi velit egere pot̄. Amare namq; equaliter diuites et paupes possunt. licet equaliter dare pecuniā non possint. Voluntastū bona nō est. si non operet̄ quod potest. h̄c bern. De hac voluntate etiā notandū qd sicut voluntas si fuerit vitiosa in hōine facit aīam vitiosam. ita et bona voluntas si affuerit efficit aīam bonā.

R Que etiā h̄z q̄tuor gradus. Primus gradus est voluntas recta. Scōs voluntas valida. Tertius deuota. Quartus voluntas plena. In quibus bone voluntatis gradibus d̄z aīa deuota de die in diē p̄ficere et se in illis exercere. De hoc per beatū bern. sic d̄z. Sermo dei duo operari debet. et animas vitiosas sanare. et bonas ammonere. vitiosas dixerim non ad omnes quibus inest vitium. sed que vitio ex voluntate consentiunt. nec resistunt quantum possunt. Bonas dico animas non solum perfectas. sed etiam incipientes. que licet vitium habeant. tamen nullo modo consentiunt sed repugnant. Et ra-

les aīe licet ex infirmitate vel ignorantia sepe cadant. tñ p bonā voluntatem quā habent resurgūt. **H**ec est enim que bonā facit aīam. **S**i vō voluntas fuerit vitiosa. vitiosā facit aīam. **S**i qz homo sicut iob ait. **N**unquam in eodem statu pmanet. aut em̄ deficit aut p̄ficit. p̄ficiendū est in hac voluntate. qz ipsa est de qua p̄laxa ait. **H**ec est via dñi ābulate in ea. primus gradus huius vite est recta. **S**ecundus valida. **T**ercius deuota. **Q**uartus plena voluntas. **I**n primo gradu aīa mēte legi dei p̄sentit. sed carne repugnante bonum qd̄ diligit p̄ficere non inuenit. sed sepe malū qd̄ odit p̄ infirmitatez facit. **I**n secōdo gradu aīa non solū malū qd̄ non agit odit sed etiā bonū qd̄ diligit licet cū grauedine fortiter tñ p̄ficit. **I**n terciō gradu iaz dilatato corde currit viā mandatorū dei. et delectat̄ in eis sicut in oīb̄ diuictis. **I**n quarto gradu sunt angeli qui ea facilitate qua semper volunt plenarie p̄ficiūt. hūc gradū desiderare quidem p̄t. ascendere nō p̄t ob hoc qd̄ corpore grauat̄. **Q**ui igit̄ nō dū voluntatez rectam habet. sciat qz impedit eū intentio carnalis. qui habet rectā et non validam. sciat qz impedit eū mala p̄suetudo. qui h̄z deuotam et non plenā sciat. qz impedit eū terrena inhabitatio. **C**uius vitiosa est voluntas oret et dicat. **F**iat voluntas tua sicut in celo et in terra. se intelligens in terra. **I**n celo illū autē qui rectam h̄z voluntatem. qz quantum distat celū a terra tantū distat voluntas recta a vitiosa. **I**tem etiā oret qui h̄z voluntatē rectā se intelligens in terrā illum autē qui in voluntate valida ē celū. ita de ceteris vt semp̄ intendat aīa p̄ficere. qz sicut dam natus est. qui semp̄ in vitiosa permanet voluntate. ita reprehensibilis est qui in alijs non studet proficere. **H**ec

berñ. **S**ed et hoc circa voluntatē sciendum. cū em̄ vult bonū agere qd̄ potest laudāda est. **C**ū vō plus vult q̄ potest corrigenda est. cū autē facere non vult. qd̄ p̄t. excitanda est. **I**sta cōmēdat beatus berñ. sic dicēs. **B**ona voluntas cū vult qd̄ potest laudanda est. cū vult qd̄ non p̄t corrigenda est. cū non vult qd̄ potest excitanda est. **H**ec berñ. et sic patet de voluntate.

Filius.

Sic autē desidero que virtus selet quaf̄ bonam voluntatem.

Ca. III. Patet S

De hoc scire debet. q̄ ex bona voluntate perdit̄. sūp̄ius discussio siue dijudicatio. omnis namq̄ voluntas bona odit malum et diligit bonū. homo vero habens bonā voluntatē ad semetipsum reuertetur ac semetipsum discutit. ac in greditur secretum conscientie sue. ubi q̄ omnes defectus. omnes consuetudines. omnes affectiones. omnes operationes. omnia peccata. tam p̄terita q̄ p̄sentia diligenti consideratione examinat et examinando inspicit et si quid minus rectum apud se inuenit statim penitendo punit. **N**ecessesse est enim vt homo in suis operibus sit prouidus et circumsp̄ctus et quorūdiāna discussione cogitationes locutōes pariter et facta sua examinet. **Q**uantū etiam ad bona agenda solito sit alacrior et quantum ad temptamenta vincēda sit instantior. penset etiam quantum in virtutibus p̄ficiat. vel quantum deficiat et qualis sit in affectibus et qualis in moribus diligenter attendat. **A**ntehugo de sancto victore. **N**ecessarium est vt homo in omnibus operibus suis sit circumsp̄ctus. et prouidus et